



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput II. Sacrificium visibile esse propitiatorium pro vivis, & defunctis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

„sum ab Ecclesia per Sacerdotes sub  
 „signis visibilibus immolandum, in me-  
 „moriam transitus sui ex hoc mundo  
 „ad Patrem, quando per sui sanguinis  
 „effusionem nos redemit, atque eripuit  
 „de potestate tenebrarum, & in Regnum  
 „suum transtulit. Et hæc quidem il-  
 „la munda oblatio est, quæ nulla in-  
 „dignitate, aut malitia offerentium in-  
 „quinari potest: quam Dominus per  
 „Malachiam nomini suo, quod ma-  
 „gnum futurum esset in gentibus, in  
 „omni loco mundam offerendam præ-  
 „dixit, & quam non obscure innuit A-  
 „postolus Paulus Corinthiis scribens,  
 „cum dicit, non posse eos, qui partici-  
 „patione mensæ dæmoniorum polluti  
 „sint, mensæ Domini participes fieri;  
 „per mensam altare utrobique intelli-  
 „gens. Hæc denique illa est, quæ per  
 „varias sacrificiorum naturæ, & legis  
 „tempore similitudines figurabatur, ut-  
 „pote quæ bona omnia per illa signifi-  
 „cata velut illorum omnium consum-  
 „matio, & perfectio complectitur.

## CAPUT II.

*Sacrificium visibile esse propitiatorium pro  
 vivis, & defunctis.*

„Et quoniam in divino hoc Sacrificio,  
 „quod in Missa peragitur, idem il-  
 „le Christus continetur, & incruente

Y 5

„immo-

Sæcul. XVI. „immolatur, qui in Ara Crucis seme  
 A.C. 1562. „seipsum cruento obtulit; docet sancta  
 „Synodus, sacrificium istud vere propi-  
 „tatorium esse, per ipsumque fieri, ut  
 „si cum vero corde, & recta fide, cum  
 „metu, & reverentia contriti, ac poeni-  
 „tentes ad Deum accedamus, misericor-  
 „diam consequamur, & gratiam inve-  
 „niamus in auxilio opportuno. Hujus  
 „quippe oblatione placatus Dominus,  
 „gratiam, & donum poenitentiae con-  
 „cedens, crimina, & peccata etiam in-  
 „gentia dimittit: una enim eademque  
 „est hostia, idem nunc offerens Sacer-  
 „dotum ministerio, qui se ipsum tunc  
 „in cruce obtulit, sola offerendi ratione  
 „diversa. Cujus quidem oblationis,  
 „cruentæ inquam, fructus per hanc in-  
 „cruentam uberrime percipiuntur: tan-  
 „tum abest, ut illi per hanc quovis mo-  
 „do derogetur: quare non solum pro  
 „fidelium vivorum peccatis, poenis, sa-  
 „tisfactionibus, & aliis necessitatibus;  
 „sed & pro defunctis in Christo, non-  
 „dum ad plenum purgatis, rite, juxta  
 „Apostolorum traditionem, offertur.

## CAPUT III.

*De Missis in honorem Sanctorum.*

Et quamvis in honorem, & memoriam  
 „Sanctorum nonnullas interdum  
 „Missas Ecclesia celebrare consueve-  
 „rit,